

**Felices Nuptias Viro ... Dn. Hardwigo Hanen Pastori Ecclesiae Rekenitzensis  
industrio, Et ... Virgini Catharinae Viri ... Dn. M. Henrici Gladovii Ecclesiae  
Cathedralis apud Slesvicenses Archi-Diaconi vigilantissimi, relictæ Filiae**

Güstrov[ij]: Waltherus, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777514982>

Druck Freier  Zugang



FELICES NUPTIAS

V I R O

*Reverendo ac Docto*

DN. HARDWIGO

HANEN

Pastori Ecclesiae Rekenizensis  
industrioso,

ET

*Pia pariter atq. honeste*  
*Virgini*

CATHARINAE

*Viri quondam Reverendi admodum*

*& Clarissimi*

D N.

M. HENRICI GLADOVII

Ecclesiae Cathedralis apud Slesvicensis Archidiaconi

vigilantissimi,

relicta FILIA

divinitus pre-

cantur

FAUTORES ET AMICI

6. Octobr. Anno 1659.



—†††††—

Gustrovi,

Typis Danielis Waltheri Typographi, Anno 1659.

23

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Faint, illegible text in the upper middle section.



Faint, illegible text in the middle section of the page.

Faint, illegible text in the lower middle section of the page.

Faint, illegible text in the lower section of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page.



T Deus est purus, sic purâ mente tremendus,  
Custus ut est, ita vult casto opere ille  
colit.

Qvo circa à spurcis revocat prohibetq; nefanda,  
At puri instituit fœdera iusta tori.  
Hunc qvoq; Sponse Deum Tu nunc pietate vereris  
Jungitur in thalamo dum CATHARINA tibi,  
Illi sint igitur tua vincla jugalia curæ,  
Cuncta suo ductu pronubus ipse regat,  
Qvo CATHARINA Deo ducta auxiliante secundum  
Connubium præstet, conjugiumq; pium.

*honoris & gratul. ergò app.*

M. ZACHARIAS Schröder.




**H** Orrida bella sonant, rellinqvit tecta colonus,  
Harpylasq; timens ad loca tuta fugit.  
Cum tu festa paras talami solennis, amice,  
Intret ut in thalamum sponsa adamata tuum.  
Qvid

Quid facias? animum divino foedere firmas,  
Inq; Deo requiem, spemq; fidemq; cape.  
Tristior in Cana? l'ennibus hora praeibat  
Tristior at gratiam mox dabat hora in oram.  
Sic tibi. Qui sancto vos junxit foedere, multa  
Impleatis vestrum prosperitate torum!

*Animus precor*

JOH-FRANCISCIUS Clausing/  
ad Paroch. Minister.



**E**X aula Tibi Sponsa venit, Pastor Reverende,  
Ex caelo veniat summi benedictio larga.

*Id quod affectu prolixioris  
pover*

M. NICOLAUS Zeidemann  
Eccles. Cathedr.



**S**unt dura, proh dolor! sunt dira tempora,  
Periculosiora forte pristinis,  
Quae incidunt determinatae Nuptiae  
Tibi Tuaeq; Clare Mysta, Conjugi!  
Sed sunt periculosa, dira, dura sint,

Pro-

Prout merentur nostra nobis crimina,  
Tamen ordo diu non potest facessere,  
Qui sacrosancta conjugalis fœderis  
Vult usq; sacra recta sint, connubia,  
Proinde qui sacro præesse muneri,  
Unius atq; Uxoris esse Conjugem  
Te IOVA iussit, is iubebit, ne Tibi  
Obesse possint aut Maritæ tempora.

Tu fidus esse sustine, nec muneris  
Indiligens, paterna ceu vestigia

Te ductitant, ceu proprius sub pectore

Te genius incitare sœvit hæctenus,

Scholastico quum fungerere munere

Integritate, quâ decebat, & fide

Dexterrimâ, dones supremus Arbitrer,

Scholâ relictâ, aram colendam traderet.

Scholasticos ut nuper agnos paveras,

Sic pascè nunc ecclesiasticas oves,

Et oviculam domesticam ne negliges,

Ut hic queas & ibi beatus vivere!

*id est quod Rev. Dn. Pastori,*

*Collega nuper meo di-*

*lectis, ex animo*

*precor*

ANDREAS Meymacher,

Sch. Gustr. Rector.

Ad

Ad  
DN. HARDWIGUM HANEN  
Pastorem Rechnizensem & Sponsum,  
nuptias die FIDEI cele-  
brantem.

**F** Astorum libros volventi luce dicata  
SPONSE, tuis tædis, obvenit ipsa  
FIDES.  
Carmen adest. FIDEI tractas fundamina: multos  
In populo fructus afferat ista  
FIDES.  
Nec fit vis FIDEI, sociam quod ducis amatam :  
Cordibus in vestris hæreat una,  
FIDES.  
Ille FIDEM abjecit, quem haud tangit cura suo-  
rum :  
Ædibus in vestris regnet ubique  
FIDES.  
O quam multa FIDES in Christum vera bonorum  
Das! Operans autem fit quoque nostra  
FIDES.  
Inque FIDE vera ut nostros claudamus ocellos  
Oro Deum supplex; audiat alma  
FIDES!

JOACHIMUS GEISTIUS,  
Cantor,

Pro

**P**rovidus ille sui vir summo jure vocatur,  
Qui potis est rebus propriis prodesse, to-  
nante

Fortunâ, & didicit magnos superare labores.  
Tu, dilecte (mihi sic stat sententia) Sponse  
Dicere jam merito talis; cum frigore brumæ  
Invadente homines, sociam tibi jungier optes,  
Qua valeas nixus fortis ridere procellos.  
Conjugium jubeat felix existere Jova  
Atq; domus faciat penetralia prole repleta.

*Hæc animo bene cupienti affini  
suo per dilecto scri-  
bebat*

NICOLAUS Lütken /  
Scholæ Güstrov.  
Collega.



V O T I  
Hasso Ruprum honoris

P  
D N HARDWIGI

H A N N I

CHRISTI

IN

COLLEGIUM

MDCCCLXX

C A T H A R I N A M  
G L A D O V I A M

N I C O L A O

COLLEGIUM

COLLEGIUM






T Deus est purus, sic purā ment  
mendus,  
Custus ut est, ita vult casto ope  
coli.


Qvocirca à spurcis revocat prohibetq; nefand  
At puri instituit fœdera justa tori.  
Hunc qvoq; Sponse Deum Tu nunc pietate ve  
Jungitur in thalamo dum CATHARINA  
Illi sint igitur tua vincla jugalia curæ,  
Cuncta suo ductu pronubus ipse regat,  
Qvo CATHARINA Deo ducta auxiliante secu  
Connubium præstet, conjugiumq; pium.

*honoris & gratul. ergò a*

M. ZACHARIAS Scripsit



**H**orrida bella sonant, rellinqvit tecta colo  
Harpylasq; timens ad loca tuta fugit.  
Cum tu festa paras talami solennis, amice  
Intret ut in thalamum sponsa adamata



24